sed ut ministeriarum quae per haec significantur contueamur imagi
nes, dicitur ergo ab oriente (fines e) iude esse mare salsum & post hoc in par
te eius nominatur fons solis & ciuitas & in (hac) eadem tribu esse & iam ci
uitas litterarum, oportet igitur omnem qui uult introire in partē
filiorum iuda transire prius mare salsum & uitę scilicet & mundi
huius turbines superare. & euadere omnia quae in hoc mundo
pro incertu sui & lubrico marinis fluctibus conparantur. ut pos
sit ad iudeae (&) terrā peruenire & (ad) fontē solis accedere. Quis ē autem fons
solis uel ciuitas solis. Illius sine dubio. de quo scriptum ē. Uobis autem tim
tibus ~~autē~~ nomen meum orietur sol iustitiae huius ergo solis (cum) si prius
euaseris mare salsum fontem inuenies in terrā iudeae. quem fontē
illum profecto. De quo dicebat ihs. qui biberit de aqua quam ego
do ei fi& in eo fons aquę salientis in uitam aeternam. huius igi
tur solis cum talem qualem diximus inueneris fontem. Inuenies
& iam ciuitatem eius, est enim inquid ibi & ciuitas solis. dicitur esse in ae
gypto ciuitas solis sed ista solis ciuitas quae in aegypto (ē) huius solis no
men accepit quem pater caelestis oriri iub& super bonos & malos.
Illa uero ciuitas quae in iudea ē scorum tantummodo efficitur
quia ciuitas di est. & fons ille de quo superius diximus fluuius ef
fectus letificat ciuitatem di. Sed & tu si ex omni parte munitus
sis & continentiae muro circumdatus si patientiae & magnanimi
tatis turribus circumdatus es. & iam tu efficeris ciuitas di.
Si uero ad haec omnia adieceris tibi lumen scientiae sicut isaias (dixit)
inluminate uobis lumen scientiae & sol uitae iustitiae radiauerit
efficeris & iam tu ciuitas solis. uel ciuitatem solis. sortem hereditatis
accipies. sed & si te tradideris legi di & in ipsa mediteris die ac nocte
& non recedat liber legis de manu tua. sicut dicitur ad ihm. & si me
mor sis praeceptis saluatoris. In quo dicit. scrutamini scrip
turas. Si ergo talibus studiis mancipaueris & eruditionem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc97/0116